



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Ne laicis non temerè faciendos episcopos. xvii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

crâque vnctione exemplo prophetarum & regum, capita eorum more apostolorum & Mofi vngentes, quia omnis sanctificatio constat in spiritu sancto, cuius virtus inuisibilis, sancto est chrismate promulgata, hoc ritu solennem celebrât ordinationem. Quod si omnes simul conuenire minimè potuerint, assensum tamen suis precibus & scriptis præbeant, vt ab ipsa ordinatione animo non desint. Porrò & Hierosolymitarum primus archiepiscopus beatus Iacobus, qui iustus dicebatur, & secundum carnem domini nūcupatus est frater, à Petro, Iacobo & Ioanne apostolis est ordinatus, successoribus videlicet dantes formam eorum, vt minus quàm à tribus episcopis reliquisque omnibus assensum præbentibus nullatenus ordinetur, & cū communi voto ordinatio celebretur.

Ne laicus fiat episcopus ante xxx. annos, & ante anni conuersationem. Cap. XVI.

Ex cõcil. Arala- **E** piscopus verò vel presbyterii honorè, nullus laicus
tensi, ca. accipit. ante anni conuersationem, vel ante triginta annos

7. De laicis non temerè faciendum episcopos. Cap. XVII.

Ex cõcil. Sardicē. **O** S I V S episcopus dixit: Et hoc necessariū arbitror,
si, cap. 13. vt diligentissimè tractetis, si fortè aut diues, aut scho-
lasticus de foro, aut ex administratore Episcopus fuerit
postulatus, vt nō prius ordinetur, nisi antè & lectoris mu-
nere, & officio diaconi, aut presbyteri fuerit perfunctus:
& ita per singulos gradus si dignus fuerit, ascendat ad cul-
men episcopatus. Potest enim per has promotiones, quæ
habebunt utique prolixū tempus probari, qua fide sit, qua
modestia, qua grauitate & verecundia: & si dignus fuerit
probatus, diuino sacerdotio illustretur: quia conueniens
non est, nec ratio vel disciplina patitur, vt temerè & leui-
ter ordinetur, aut episcopus, aut presbyter, aut diaconus,
qui neophytus est maximè cū & magister gentium bea-
tus apostolus Paulus, ne hoc fieret denunciasset & prohi-
buisse videatur, sed hi quorum per longum tempus exami-
nata sit vita, & merita fuerint comprobata.

*Quod per gradus ecclesiasticos ad episcopatus de-
beat officium perueniri. Cap. XVIII.*

Ex decr. Celest. pa **O** R dinatos verò quosdā, fratres charissimi episcopos,
qui nullis ecclesiasticis, ordinibus ad tantam dignita-